

ADNOTATIONES VARIÆ**AD SECUNDUM VOLUMEN PERTINENTES.****TRACTATUS SECUNDUS****DE REBUS ECCLESIASTICIS.**

Nota 1^a, pag. 10. Quilibet catholicus duplēcēm habet characterem et personalitatem socialem; est enim civis, et est catholicus; nunc autem societas, ex membris composita, ad aliam societatem sub diverso respectu simul pertinentibus, cum ista adeo strictam habet relationem, sicut in unoquoque homine principium religiosum et politicum lege naturæ invicem connectuntur.

Reddile Deo quæ sunt Dei, et Cesari quæ sunt Cesari. Sic loquens Jesus Christus assignavit fundamentum, supra quod omnes sæculi constitutiones stabili debent. Ecclesia fuit fundata, ut Deo quæ sunt Dei, redderentur; et Status fuit stabilitus, ut Cesari, quæ sunt Cesari, tribuerentur. Quilibet homo, nemine dempto, cum duplēcēm hanc habeat obligationem, nullus ideoque est, qui et societis religiosæ, et civilis, non sit pariter membrum. Patentissima ista veritas hanc aliam fundat: *Ecclesia et Status essentialies habent relationes ad invicem.*

Istæ plurim legum sunt fundamentum, quarum collectio communem codicem format, cui Deus et Sacerdotium et Imperium voluit esse subjecta. Apud entia pure phisica relationes essentialies sunt naturæ leges, quarum custodia ordinem phisicum sustinet; verum apud entia intelligentia et libera illæ relationes tot leges constituunt, a quarum observantia ordo moralis dependet.

Igitur in Ecclesia et in Stato tria legum sunt genera: 1^o Jus privatum, quod in respectiva independentia et supremitate fundatur: 2^o Jus commune, cui ambo subjiciuntur propter relationes, quibus connectuntur: 3^o Jus mixtum, fundatum in mutuis concessionibus et delegationibus, quibus sibi honorem, favorem, et auxilium mutuo præstant. N. 577, 581, et 582. quartum princip., part. 3^o *Juris Natur.* in suis princip. com.

Nota 2^a, pag. 63. Concilium sacrosanctum tridentinum in principio ses. 24.
inquit: "Matrimonii perpetuum, indisolubilemque nexum primus humani generis
"parens divini spiritus instinctu pronuntiavit, cum dixit: hoc nunc os ex ossibus
"meis, et caro de carne mea: quamobrem relinquet homo patrem suum et matrem,
"et adhæredit uxori suæ: et erunt duo in carne una." Can. 2, hujuscet ses. "Si
"quis dixerit licere christianis plures simul habere uxores, et hoc nulla lege divi-
"na esse prohibitum, anathema sit." Hoc etiam testantur l. l. 1 et 7, tit. 2, p. 4.
De nuptiarum perpetuitate. Verumtamen evolvite illud Virgilii &c. lib. 1 Æneid.
... la nem catastram relatam: ne credas Cas-

Nota 3^a, pag. 63. Perlegit integrum legem octavam relatam: ne credas Castellae regem adeo sapientem in huic errorem incidisse: et ejus sententiam suo pondere pende in his verbis: "La sexta es cuando alguno de ellos face . . . porque "se pueda partir el casamiento. Casi el ome puede dejar su muger faciendo adulterio; mucho mas puede facer de non rescebir aquella con quien es desposado." Ex quibus patet commentatorem hispanicum deceptum esse; quia legum lator non loquitur, nec videtur loquutum fuisse de matrimonii separatione propter adulterium quoad vinculum, sed tantum quoad thorum: et ut animum convincas, perurre leges 2, 4, et 5, qua præscriptum est: "Siempre finca firme el casamiento, "malgüer acaesciese que los oviesen á departir por razon de adulterio."

⁷ dum affer intelligentiam, in qua accipendum est verbum *alienationis*.

Nota 6^a, pag. eadem. Castellæ et Indiarum leges usu ceciderunt, quia fuerunt rescisse lege mexicana, edita die 23 Octobris an. 1833, quæ actionem civilem suscitat. Nihilominus, ut decimæ solvantur, urgent præceptæ divinæ et leges canonicae; nam juxta Christi Domini doctrinam, *dignus est operarius mercede sua*: debent namque fideles rebus suis temporalibus alere Sacerdotes, qui ipsis in spiritualibus serviant; hacque ratione dicitur decimas jure naturali et divino deberi. Etiam quia in Lege veteri debebantur, ut patet ex Levit. cap. 27, v. 30: "Omnes decimas terræ, sive de frugibus, sive de pomis arborum, Domini sunt, et alli sanctificantur." Et lapis iste, quem erexi in titulum, vocabitur Domus Dei. Cunctorumque, quæ dederis mihi, decimas offeram tibi." Dabimus finem huic notæ recordando legem 1, tit. 20, p. 1, speciatim vero Conc. Mex. III, lib. 5, tit. 12, §. 2, excommunicant eos omnes, qui decimarum, aut ecclesiasticorum reddituum solutionem impedierint.

Nota 7^{ta}, pag. 108. Vide prædictam notam sextam.

Nota 8^a, pag. 147. Cum Hispaniae Rex amiserit dominium supra mexicanam nationem, a patronatus jure pariter decidit. Hic tamen, cum a Sancta Sede absolute pendeat, non transiit in Supremum Reipublicæ mexicanæ gubernium, cum Romanus Pontifex hanc gratiam hucusque nullatenus concesserit. Anno 1828, Martii die 11, sessio Mexici fuit celebrata, præsentibus omnium Dicessum Reipublicæ Antistibus, in qua super beneficiorum, etiam episcopalium provisione

deliberatum fuit, et sequentes factæ fuerunt declarationes. 1^o Jus patronatus Regnum Hispaniæ omnino cessavit. 2^o Ut omnis nullitas præveniatur, ab omni exercitio hujuscemodi patronatus est temperandum, quoadusque a Sancta Sede obtineatur. 3^o Beneficia ecclesiastica ab Ordinario in unaquaque Diœcesis sunt conferenda, servando sacrorum canonum instituta. 4^o In canonicatibus per oppositionem obtainendis, præter capituli consensus, sequitur Episcopi Editum, et provisio fit secundum jus: tamen quoad beneficia curata aperiuntur Edicta, fit concursus, et provisio a solo Episcopo. His ab ordinariis statutis, ut Potestati civili obsequerentur, placuit addere quæ sequuntur.

Cononicatu aliquo, vel aliquibus beneficiis curatis vacantibus, antequam Edic-
ta in lucem edantur pro eorum provissoine Ordinarius Supremæ Potestati executi-
væ omnia patescit; immo et catalogum candidatorum, a quo illos excipere potest,
qui non fuerint illi accepti, aliqua politica causa obstante, ita tamen quod nume-
rus sufficiens eorundem candidatorum remaneat, ut fiat locus liberæ electioni, quæ
ad potestatem ecclesiasticam pertinet. Insuper alter catalogus eidem gubernio
est exhibendus eorum, qui aspirant ad Præbendas, Cononicatus, seu Dignitates,
a libera electione pendentes, antequam ad hanc procedatur, propter, jam præci-
tatum finem.

Nunc modus procedendi in Episcopatum provisione breviter est dicendus. Intra quindecim dies a funere defuncti Episcopi Capitulum Supremo Gubernio catalogum mittit, in quo saltem tres benemeriti Ecclesiastici designentur, qui defuncto Prælato succedere queant. Suprema Potestas Executiva a Capitulo alium hujusmodi catalogum petere potest, in quo unus minus continetur, qui ad diœcessim, de cuius provisione est quæstio, non pertineat. Metropolitanus, seu ejus Capitulum, Sede vacante, si acephala Ecclesia Capitulum desit, dictos catalogos ad Gubernium mittere debet infra duos menses, a solemni notitia vacationis sedis numerandos. Idem supremum Gubernium mandavit, eosdem catalogos ostendi statuum gubernatoribus, territorium habentibus intra diœcessim vacantem, ut intra quindecim dies suam opinionem circa nominatos ostendant. Tandem Suprema potestas ex omnibus candidatis in catalogis contentis, eum eligere debet, quem dignorem judicaverit, et istum ad Summum Pontificem præsentare. Sic decretum sicut 16 Aprilis an. 1850.

TRACTATUS TERTIUS.

DE JUDICIS ECCLESIASTICIS.

Nota 1^a, pag. 181. Die 27 Aprilis an. 1784 edita fuit Regia Schedula, qua declaratur vigere in regnis Indiarum legem decimam sextam tit. 20, lib. 10 Nov. R., prohibentem judicibus ecclesiasticis cognoscere de validitate seu nullitate testamentorum; et alia ibi continentur, quae expedit legere.

Nota 2^a, pag. 197. Videatur decretum die 24 Martii an. 1813 a comitiis editum, quæ vocamus, *Cortes Espanolas*, et pœnas illic impositas contra judices in-justam sententiam ferentes propter munera, quibus se sinerint obcœari.

Nota 3^a, pag. 200. In causa dumtaxat civili et pecunaria confessus in judicio pro judicato habetur; interrogatus vero, et nolens declarare, dicitur esse confessus secundum leges 3, tit. 13, p. 3, et 1 et 2, tit. 9, lib. 11 Nov. R. In criminalibus autem, reorum confessiones pro exploratis facinoribus haberi non oportet, si nulla alia probatio fuerit; quia nemo auditur perire volens. ¿Quidnam dicendum de judicibus, reos ad juramentum cogentibus vi, aut praecepto, cum propter propria facinora, tum propter aliena? Respondeo, hoc vetitum esse constitutione nostra politica, art 153. Lex non vult cogere reos, ad semetipsos accusandum, neque eos exponere periculo pejerandi: et judex, si criminoso juramentum praecipiat, ¿nonne eum cogit ad se accusandum, vel saltem eum pejerandi periculo exponit? Certo certius, ut unicuique consideranti patebit. Abstineat ergo prudens judex a juramento exigendo a criminosis, et aliis mediis veritatem aperire curet.

Nota 4^a, pag. 201. Sæculares judices illiterati quamvis jurisdictione gaudeant, non possunt judicare, et cognoscere sine consilio *Assessorum*, qui a Rege sapiente vocantur *Consejeros* in toto tit. 1, p. 3, ubi lege 2 præcipitur quod in praxi observatur, scilicet, litigatoribus notam fieri debere Assessoris nominationem, ut si velint, illum recusare valeant, antequam judicii suum exponat consilium: hecque recusatio admittitur tantummodo usque ad tertium assessorem; ad quartum autem extendi non potest, juxta Schedulam Regiam Mexici publicatam die 5 Novembris an. 1774, secundum quam a singulis partibus tres tantum Advocati recussari queunt, etiam nulla allegata in specie causa suspicionis. Judex tamen non tenetur Assessoris consilium necessario sequi; sed judicium suspendere potest, et processum ad superioritatem remittere, prout est præscriptum lege 9, tit. 16, lib. 11, Nov. R., quæ ut prædicta Schedula, speciatim ad ejus observantiam ab Indianum Consilio fuit remissa.

Nota 5^a, pag. 212. Qui agit adversus ejicientem vel spoliante comparere debet ante judicem sæcularem secundum L. 9 Octobris an. 1812 in capite 2, art. 12. Quantum ad tramites judiciales pre oculis habere opus est sanctionem vulgo dictam: *Auto acordado de la Audiencia de México*, editam die 7 Januarii an. 1774.

Nota 6^a, pag. 231. Judex judicare tenetur secundum suas leges, constitutiones, et mores. Dico suas, ad denotandum quod a sæculari Judice leges regiae recentiores sunt præferendæ; postea suo ordine leges Recopilationis Castellæ; post has, leges Fori, si usu receptæ sint; et post has septem Partitarum, L. 3, tit. 1. Lib. 2. R. C. Hæc lex alio nomine vocatur lex prima Tauri, quia fuit revera prima ex 83 legibus in civitate Tauri sancitis. Hic, licet obiter, notandum est: quod, amplificato Hispano Imperio, prope finem sæculi 15, nedium ad istam Mexici opulentissimam regionem, sed etiam ad Peruanam, Granatensem, Guatimalensem, Insulas venti Secundi, (vulgo de Barlovento) Philipinas, aliasque innumerabilis, opus fuit ad gubernationem stabiendum, statuere leges, quarum Recopilatio fuit in lucem edita anno 1681, a viris sapientibus, annumeratis inter eminentiora jurisprudentiæ Corpora; hisque legibus in universa Indianum regione ita est judicandum, es quibuslibet dictis præferantur. L. 1, tit. 1, lib. 2, R. I. Istarum autem defectu observandæ sunt leges Regni Castellæ ordine disposito in L. 2. ibi: "Ordenamos que en todos los casos, negocios y pleitos en que no estuviere decidido ni declarado lo que se debe proveer por las leyes de esta Recopilacion, ó por Cédulas, Provisiones, ó Ordenanzas dadas, y no revocadas, para las Indias, y las que por nuestra orden se despácharen, se guarden las leyes de nuestro reino de Castilla conforme á la de Toro."

Insuper scire oportet, nullas Tribunalium schedulas, et alias quascumque dispositiones esse observandas, nisi per Supremum Indianum Consilium fuerint recognitæ et firmatæ, ab ipsometque directæ cum sua speciali Schedula, prout jubetur L. 39 et 40 cod. tit. et lib. "Mandamos á los vireyes, presidentes, audiencias, gobernadores, y otras cualesquiera justicias de todas nuestras Indias... que no permitan se ejecute ninguna Pragmática de las que se promulgaren en estos reinos, si por especial nuestra, despachada por el Consejo de Indias, no se mandare guardar en aquellas provincias." Licet prædictæ leges derogatæ videantur Decreto lato die 10 Feb. anni 1813; tamen non ita est; quia hoc Decretum non complectitur anteriora tempora, sed posteriora, secundum eam regulam; *Distincte tempora, et concordabis jura*; juxta quam legibus omnibus promulgatis ante emancipationem nostram anteponentur leges atque decreta subsequentia, maximeque articuli Constitutionis Generalis. Deficiente vero jure civili, ad canonicum est recurrentum, eo modo quo istud etiam ad illud occurrit; quia sicut leges non dedignantur Sacros Canones imitari, ita et sacrorum Canonum statuta constitutio-nibus civilibus adjuvantur.

Nota 7^a, pag. 247. Quandocumque in causis tam criminalibus, quam aliis quibuscumque forum ecclesiasticum concernentibus, a sententiis pro tempore latis, appellari contigerit, si prima sententia ab Episcopo lata fuerit, ad Metropolitanum; si vero prima sententia ab ipso Metropolitanu lata fuerit, ad suffraganeum Ordinarium viciniorum appellatio interponatur; cuius sententia, si primæ conformis fuerit, vim rei judicatæ obtineat, et executioni per eum, qui eam tulerit, quamque appellatione non obstante, demendetur. Si vero illæ duæ sententiae, sive ab Ordinario et Metropolitanu, sive a Metropolitanu et veciniori Episcopo late, conformes non fuerint, tunc ad alium Metropolitatum, vel Episcopum vicinorem illi qui primo sententiam tulerit, ejusdem Provinciæ, appellatur: et duas sententias, ex ipsis tribus, conformes, (quas etiam vim rei judicatæ habere volumus) is, qui ultimo loco judicaverit, excusat, quacumque appellatione non obstante. Istud cautum fuit a Gregorio XIII die 15 Mayi anni 1573, et quod etiam observari prescripsit L. 10 tit. 9. L. 1. R. I.

